Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Quæstio Theologica: An Regenitus Jam inde à Regenerationis tempore, usque ad beatam mortem, sese ab omni proæretico peccato semper continere possit; & An ejusmodi perseverantiæ Exempla ê Scriptura S. produci queant?

Rostochii: typis Nic. Schwiegerovii, [1728]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003404502

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU theol. Maj.1728
Weidener, Joh. Joach.
/a

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003404502/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003404502/phys_0003
DFG

J. S. J. E. V. V. E.

QVÆSTIO THEOLOGICA:

AN

REGENITUS

Jam inde à Regenerationis tempore, usque ad beatam mortem, sese ab omni proæretico peccato semper continere possit; & An ejusmodi perseverantiæ Exempla è Scriptura S. produci queant?

QVAM SUB AUSPICIIS BENIGNISSIMI NUMINIS
ET CONSENSU SUMME REV. FACULTATIS THEOLOGICÆ

PRÆSIDE

VIRO MAGNIFICO, SUMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO atque AMPLISSIMO DOMINO,

JOANNE JOACHIM WEIDENERO,

Philosophiæ & SS. Theologiæ Doctore hujusque Professore P. O. Celeberrimo, Facultatis suæ Seniore atq; Decano Venerando, Rev. Min. Rostochiensis Directore Religiosissimo & ad Divum Mariæ Pastore Vigilantissimo,

MÆCENATE, PATRONO, AVUNCULO & STUDIORUM SUORUM MODERATORE PLUS QVAM FILIALI AMORE PROSEQVENDO,

Anno 1728. tertio Non. Maji

QVA SECTIONIS QVARTÆ

§. *XXX. usque ad XLI.*

placido COMMILITONUM SUORUM examini

IN ACROATERIO MAXIMO

horis consuetis exponit.

CARL AUGUST MüLLER,

S. S. Theol. & Philos. Stud. Palæo-Gartzensis Megapol.

ROSTOCHII, typis NIC. SCHWIEGEROVII, Ampl. Sen. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003404502/phys_0005
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003404502/phys_0006
DFG

SECTIO IV.

ARGUMENTA CONTRARIA ENERVANS.

§. I.

MAnum jam admoveramus complemento Tractationis & præcipue supereſſe arbitrabamur demonſtrationem, adverſus illud falſum præſuppoſitum, quod puta Regenitus, jam inde a regenerationis tempore, usque ad beatam mortem ſeſe ab omni Proæreticco peccato *continuerit*, & quod *ejusmodi perſeverantiæ exempla* e Scriptura Sacra produci queant: Verum ex improviſo ad manus noſtras venit DN. D. J. C. HAFERUNGII ſic dicta: Schrifft-mäßige Erörterung der Catechiſmus-Frage: Ob ein Chriſt die Gebote GOttes halten könne? Cujus affirmativam adeo firmam habet, ut ſub finem Tractationis ſuæ, contradicentium monita acerbiſſimo animo ferens, non verecundatus ſit typis committere ſequentia verba: Ein ſolch Leben wäre auch kein Chriſtenthum, ſondern ein völliges *Anti* Chriſtenthum, dabey der HErr, der uns erkauffet hat, verleugnet wurde. 2. Petr. II, 1. Und darbey man ſeine herrlichſten Wohlthaten, die Gerechtigkeit, Heiligung und Erlöſung, nicht geſtehen wolte. Damit wäre der gantze Grund der Seeligkeit umgeriſſen, und ein pur lauteres Heydenthum eingeführet. Hac igitur occaſione, con-

ſcientiæ noſtræ intemerato argumento præcipue convicti, non potuimus, quin *ECCLESIÆ LUTHERANÆ* exponeremus adhuc & poſt tot jam iteratas vices, cauſam noſtram *Prophetica & Apoſtolica Scriptura* nec non *LL. noſtris Symbolicis* conformem, & exſpectaremus, num cenſorem tam dirum *cenſura dignum* adgnoſcere voluerit? Antequam vero thema noſtrum perſequamur, eidem inſcriptum volumus initialem verſum, divinioris illius hymni:

Es iſt das Heyl uns kommen her
Von GOtt aus lauter Güte:
Die Werck die helffen nimmermehr,
Sie mögen nicht behüten,
Der Glaub ſieht JESUM CHRISTUM an,
Der hat Gnug für uns all gethan,
Er iſt DER MITTLER worden.

§. II.

Haberemus in ipſo primordio cauſæ, quorum cauſa prolixius & argueremus hunc Virum, & moneremus ingenuos quosque Lutheranæ Religionis Confeſſores, quod puta, ſi in rebus omnibus *ordo* obſervari debeat, & præipue cauſæ, quas quidem *Imperantium* mandato ſuſtinemus, circumſpectam & cautelarum pleniſſimam requirant indagationem, eo quod pœna immineat civilis his ipſis, qui aut ſceleſtius delinquunt, aut adverſus placita voluntatem & mandata Superiorum prævaricantur; in cauſa DEI longe magis ſint exercendæ curæ noſtræ, non ut *nobis*, ut *aliis*, ut promiſcue *omnibus* placeamus, ſed potius ut reverenda ſit illa *MAJESTAS*, quam ad usq; judicium extremum venerari & pavore ac tremore ſic quidem metuere obligati ſumus, ne animam noſtram æternum perdamus, & abnegationem Omniſcii noſtri Judicis experiamur, omnium miſerrime abrepti ad hoc Tribunal, coram quo iis, qui non credunt & increduli decedunt, æterna damnatio eſt exſpectanda; Immo quo magis convicti ſumus de Juſtitia *JUDICIS*

CIS noſtri Almi, eo & cautius ac reverenter magis habenda ſint *Media Salutis* & in iis acquieſcentia *placita Divina*, ne nos ipſos privemus illa Gratia, quæ ad ſalutem noſtram ſpiritualem ac æternam vigilat ac immenſius operatur. *Quid enim prodeſt homini, ſi totum mundum lucraturus fuerit, animæ autem jacturam fecerit? Aut quod dabit homo pretium ſufficiens redemtionis animæ ſuæ. Venturus enim eſt Filius hominis in Gloria Patris Sui cum Angelis ſuis, & tunc reddet unicuique juxta facta ipſius.* Matth. XVI. 26. ſq. Habeat proinde *Dominus* D. HAFERUNGIUS me hominem *Veritatis* & *Pacis* indagantem, nec pernicius judicabit, quod pruritu quodam litigandi laborem, aut affectu quopiam acerbiori abreptus ſim; Annos meos transegi inter labores & forte non minimas Eccleſiæ noſtræ Lutheranæ controverſias, nec in iis unquam partibus, ſed ſoli Veritati Revelatæ operam navavi; adeo etiam pacatus & bonus ſum animo, ut reverear tantummodo mandatum Zachariæ VIII, 19. expreſſum: *Veritatem modo & pacem amate!* in reliquis quoad omnia omnibus placere ſtudens & non quærens meum ipſius commodum, ſed quod multorum, ut ſalventur 1. Cor. X. 33. Ea propter & vellem ex toto animo, ſi coaleſceret aliquando & in ſanitatem verteretur vulnus iſtud, proh! Eccleſiæ, quantum opinor, citra ſonticam quidem cauſam, ſed tamen & triſtiſſimo fato inflictum. Interea quousque penetrare valet animi mei ſincerus vigor, DEUS *Ipſe*, Qui vult, ut in Eccleſia Ipſius *omnia ordine & decenter fiant*. 1. Corinth. XIV, 40. habet, quod in litigiis, Eccleſiæ noſtræ citra omnem cauſam motis, admittere nec vult nec poteſt; Et ſimulac modo ad animum ponere voluerimus ea, quæ in hoc ſcriptulo DN. D. HAFERUNGII tam diris fluctuationibus ſunt agitata, is omnium abundantiſſime experietur, quod nec revelatæ veritati genuinæ, nec formulis caute pieque loquendi, ſuum pretium ſit ſtatutum: Omnia ſiquidem ita concinnata ſunt, ut nec inter *Commercium cum DEO & hominibus*, nec inter *Naturam ac Gratiam*, nec inter *Opera Legis* & ea, quæ *per Evangelium intra-*

ducuntur, facta sit distinctio, nec puram & cautam explicationem obtinuerint eadem singula: Dum itaque hæc scribimus, uti à partium studio, si quod injustum dari hic posset, in sanctiori quidem hacce causa, penitus abhorremus, ita nec verbum, nec rationem urgere intendimus, qua quidem non Ipsi Omniscio Numini manifesti esse velimus, id profiteri tantummodo satagantes, quod ex ore Spiritus S. inter preces & suspiria, demsumsimus, & cujus rei causa ad Tribunal Jesu Christi confidentius nos appellare posse, certo certius persvasi sumus. Quin, dum & hæc agere incipimus, sollicitamus DEum nostrum Sapientissimum ac summe Misericordem, ut nos in sua ducat Veritate, & scopulorum ac offendiculorum exsortes jubeat nos esse, per Gratiam Sanctissimi Spiritus & Meritum Immensi nostri Redemtoris.

§. III.

Ut vero omnibus constet, quod non quæramus id, quod nostrum est, sed quod est DEI, hinc *tersa & sincera adductione sententiæ*, quam alit DN. D. HAFEERUNGIUS & oppositæ *nostræ*, quam ex *sanctis Bibliis* & *LL. nostris Symbolicis* sustinemus, ad arbitrium omnium eorum, qui Immensam Majestatem & Revelationem Sanctissimi Jehovæ reverentur, multa cum fiducia itidem provocamus, plenius convicti, quod non meruerimus attentata Viri hujus, & quod ipsius potius sit, si conscientiam bonam consectari voluerit, ut in partes nostras proclivius transeat, & periculum animæ suæ meditari religiosius incipiat. Est igitur

QVÆSTIO PRIMA: Ob man die Gebote GOttes halten solle und müsse? Et *RESPONSIO*:

Allerdings! Und soll daran kein Mensch, viel weniger ein Christ zweiffeln.

Sed ipsius pace, generaliter hic excipimus: Num responsio talis valida esse possit, ante *statum Controversiæ* rite ac strictius formatum? Quidsi enim meo sensu & quæstionem & responsionem *meam* facerem? Si enim de Præceptis DEI loquitur *generatim*

ratim, quis inter Noſtrates ea ſancte eſſe aſſervanda, docenda & defendenda, quin in effectum ipſum deducenda eadem eſſe, inficiatus eſt unquam? Cur ergo turbas excitat? cur motus congerit? ubi nemo noſtri in contrarium divertit, ut non omnium ſinceriſſime profiteatur, quod utique *Officii ſit noſtri*, aut ſancte tradita Mandata Divina, ſanctius ſervemus, conſervemus, tutemur, & adverſus quoscunque errorum impetus & flagitiorum aggreſſiones immunia velimus. Legat Tractatus hujus Sectionem II. p. 49. Sect. III. pag. 104. ff. & videbit, num jure quopiam tam infenſus noſtris dogmatibus eſſe poſſit, aut vel minimum deſiderare, argumento quopiam ſolido ac ſontico, valeat; quæ ergo horrida, & omnis pietatis expers eſt inculpatio ac accuſatio, quod *Anti-Chriſtiani* ſimus & *Ethniciſmum introducere* audeamus? DEus, Qui novit animos noſtros, coram Cujus Oculis ac judicio explanata itidem ſunt, non noſtræ inventionis, ſed ſuæ Revelationis invariabilia Dogmata; Novit & hoc, quod pietatem *genuinam* ex animo veneremur, modo non *cum contumelia mortis ac Meriti Chriſti* urgeatur, & ibi pernicioſius ingeratur, ubi *Sanguis aſperſionis* Jeſu Chriſti *meliora loquitur quam Abelis*. Hebr. XII. 24. Ita ergo facile conſentiemus, ut rationes nunc DN. D. HAFERUNGII exeminemus, & peculiariter ad

PRIMAM illam veniamus, daß uns ſolches GOtt lehre durch die Natur, ſo wohl in Krafft unſers Gewiſſens, indem uns unſer Hertz anklaget, und verdammet, wenn wir geſündiget; aber uns auch entſchuldiget, wenn wir recht gethan, und doch wollen beſchuldiget werden. Rom. II. 14. 15. Verum & inſimul petimus, ut conſideret DN. HAFERUNGIUS, de quo loquatur Paulus, & ad quid digitum ſuum intenderit Spiritus Sanctus? Nonne de GENTILIBUS agit & de illorum ſic dicta *Notitiæ inſitæ*, qua quidem *Juri Naturæ* conformes eſſe debuerunt, & quadantenus congruere potes non minus fuerunt Ethnici? Quis unquam hac de re diſputavit, quis lites movit Apoſtolo Paulo, qui profitetur, quod τὰ τῦ νόμυ fecerint Gentiles, quod Legem

habuerint cordibus inscriptam, dum Mosis scriptam Legem non habuerint, & sibi ipsi sint Lex facti, ac demonstraverint, opus Legis in cordibus suis scriptum esse, cujus causa perhibuerit testimonium conscientia illorum? Cum itaque argumenta antitheseos directa & strictissima esse debeant ubivis, ad quid ergo *proletarium hoc* faciet in causa, ubi de his nec disquiritur nec disputatur?

§. IV.

Eadem ad *Rationem continuatam* monenda nobis sunt, daß nemlich durch Vorstellung des gantzen Welt-Gebäudes, welches in unverrückten Gehorsam gegen die Gebote GOttes gehet. Gen. I, 14. Esa. XL, 26. wir auffgemuntert werden, als vernünfftige Geschöpffe den Willen Unseres Schöpffers und Erhalters zuthun. Quomodo enim, quando de *Servatione Mandatorum* DEI, quæ *Regenitis* & credentibus incumbit, agitur, disceptatio instituetur de Gentilibus & *Notitia* acquisita eorundem? & si forte applicatio ad Christianos & credentes hoc *medio termino* institui vellet, tunc tamen ultra commercium cum hominibus, juste & decore instituendum, prout id viribus naturalibus ac mere humanis efficitur, non ascendit; DEUM Trinunum namque, Mediatorem θεάνθρωπον, & Media Salutifera non habet, panitusque ea salutifera omnia ignorat; Si igitur ad *servanda DEI Mandata*, quæ ad *Salutem Spiritualem ac æternam* aut nanciscendam, aut conservandam faciunt, adducitur a Disputatore, tunc omnium frustra id quidem fit, & causa omni excidit.

Æque Ratio etiam

SECUNDÆ Autoris mire vacillat, quando *pag.* 4. scripsit: Es erinnert uns dessen das Exempel aller Heyden, welche durch den Trieb der Natur erkennen, daß ein GOTT sey, und durch ihren wie wohl unterschiedenen und verkehrten Dienst erweisen, daß sie solchen zu gehorsamen, sich überzeuget befinden. Quem etenim novit, qui & hujus rei causa dubitare unquam voluerit? Cur ergo hæc omnia jactitat, & Andabatarum more invadit

vadit potius, quam aggreditur nosmet? *Servasse, asservasse, custodivisse & in pretio habuisse* Gentes Jus Naturæ, id nunquam in dubium est vocatum, immo Ipse Spiritus S. expresse professus est, quod *fecerint τὰ τῦ νόμυ*; de eo omni igitur non quæritur, & hæc glaucomata ducimus, quæ confundunt magis, quam convincunt; quis etenim ex concessis opponere poterit, ubi argumenta *statum controversiæ* nec feriunt nec firmant? Certe! eruditioribus id non satis est, ut dicantur multa, & pauca, quin nihil probetur, sed sicuti advigilant veritatibus, ita quoque cedere non possunt, ubi nequidem verosimile quid, longe minus demonstratum, fixum ac firmum adferri potuit. *Superstruere nos ipsos debemus sanctissimæ nostræ fidei, in Spiritu Sancto precantes, atque sic in dilectione DEI servare, exspectantes misericordiam Domini nostri JEsu CHristi in vitam æternam.* Jud. vers. 20. s., debemus & *pervenire omnes in unitatem fidei, & cognitionis Filii DEI in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: Ut non amplius simus infantes, fluctuantes, & circumlati omni vento doctrinæ, per defraudationem hominum & astutiam ad ambages erroris.* Ephes. IV, 13. s. Quomodo igitur aures aut animum applicare possumus ad *tam fallacem probandi modum*, ubi ne γρῦ eorum legitur aut probatur, quæ tamen probari omnino, & solicitius ac solidissime quidem debuissent.

§. V.

In hoc igitur capite *sola REVELATIO* audienda est, & quicquid inde deductum ac evictum, id solummodo obligationem nostam introducit ac firmat. Ea propter ergo proclivi nostro consensu, ad rationem

TERTIAM DN. HAFERUNGII nosmet convertimus, quæ hujus est terroris: Die Heil. Schrifft aber saget uns dieses mit diesen Worten: Lasset uns die Haupt-Summa aller Lehre hören: Fürchte GOtt und halte seine Gebote, denn das gehöret allen Menschen zu, denn GOtt wird alle Wercke vors Gericht bringen, es sey gut oder böse. Coh. XII. 13. s. Andere Sprü-

Sprüche, da das Halten der Gebote GOttes ausdrücklich befohlen wird, als Ephes. V. 17. 1. Thess. V. 18. zu geschweigen: Eben dessen werden wir überzeuget, wenn uns bald die Grosse Majestät GOttes. Jerem. X, 10. Malach. I, 6. Bald dessen unermäßliche Wohlthaten. Luc. I. 74. Tit. II. 14 1. Petr. I. 18. f. Bald Dessen theuren Verheissungen. Hebr. V. 9. Bald die Nutzbarkeit der Göttlichen Gebote, wenn wir ihnen folgen, in der Schrifft vorgestellet werden, Deutr. IV. f. Rom. VIII. 12.

Sed & confestim respondemus, quod (1) de fluctuante acceptione servandorum DEI Mandatorum, quam vindicare voluit DN. HAFERUNGIUS, judicium nostrum non simus interposituri, antequam ad pag. 17. & *Quæstionem tertiam* pervenerimus. Interea (2) omnium lubentissime *dicta exhibita* examinaturi sumus, & quam vellemus, ut ad locum *Cohel. XII*, 13. *f.* rectius attendisset; Si id integre etenim factum, rejecisset certe magis præcipitem opinionem de *servandis præceptis*, ex sententia sua, mox mox explicandam, quam ut eandem in offensionem & scandalum recoxisset: Quod quidem ut clarius videat, & unusquisque comprehendat, quos habuerit Antecessores, in Saxonia longe solidiora docentes, hinc & quid fidei ac sinceritatis Iidem attulerint circa dictum hoc SALOMONIS, tersius & ad Intentionem Spiritus S. clarius explicandum, in eodem Electoratu *Celeberrimus* DN. D. GEIERUS, *Lumen illud Saxoniæ incomparabile* testatur, expressissime etenim docuit, quod *TOTUS VERUS* DEI *CULTUS* hic intelligatur, conferens loca Ps. XIX, 10. XXXIV, 12. Esa. XXIX, 13. Jonæ I, 9. & removens dictum illud Matth. XX, 9, ut hac ratione præsupponatur Ipsi hic ante omnia Veri DEI *vera AGNITIO*; ne pro DEO veneremur forte diabolum, idola, mundum, (adderem: *opera nostra*,) aut DEum talem, qui DEus non sit; Hinc addit: Si DEum tanquam Infinitum, Omnipotentem, Justum, Clementem, Omnipræsentemque hujus mundi Creatorem recte ex verbo agnovimus, consequens est, ut teneamus quoque *LEGITIMAM COLENDI EUM RATIONEM*, qualem tam Lex, quam

quam Evangelium, ſubminiſtrat abunde: *HOC* quippe, non aliud quicquam Ipſi placere dicit, niſi *FIDEM IN CHRISTUM*; Illa autem hominem ad agnitionem ſui *prius* deductum, & *poſtea* per Fidem hoc modo juſtificatum, *ULTERIUS PORRO* inſtituit, quomodo hunc Omnipræſentem Patrem filiali ſemper reverentia, debeat in quovis etiam angulo obſervare, ne vel dictis, vel factis, vel cogitatis, Sanctos Ipſius offendat Oculos, Ipſumve impura ſecuraque vita attrahat aliquando Judicem Severum. v. 14. Hic ergo eſt *FINIS*, hæc intentio Regis noſtri Salomonis, non quidem, vanitate tam multiplice recenſita, ingenerare homini *profanum rerum omnium contemtum*, *epicuraum præſentis ſeculi uſum*, vel *deſperabundum etiam vitæ ſociæ neglectum*, contraque *ſolitudinem poſcere eremiticam*; ſed potius cuncta hæc vergunt ad Sanctum DEI timorem vanis nobis homuncionibus implantandum. Atque ſic (3) ad verba: Et mandata Ejus cuſtodi! hæc adjecit: Hoc eſt: Ne forte *RECTUM COLENDI* DEI *MODUM* te ignorare prætendas, vel etiam ex intempeſtivo zelo aut ſuperſtitione inepta, tibi ipſi cultum aliquem præſcribas, age, ſuggeram remedium: *OBSERVA Hujus Summi* DEI *MANDATA*, h. e Da operam, ut inſtar fidelis ſervi *voluntatem* Tanti Domini tam *legalem*, quam *evangelicam* rite *COGNOSCAS*, cognitam diligenter *MEMORIA TENEAS*, retentamquo *IPSO OPERE* ubivis locorum exſequaris (cuncta hæc involvit verbum: שָׁמַר obſervavit, cuſtodivit, conf. Luc. VIII. 15.) Hanc vero Voluntatem alibi non reperies, niſi *in Verbo Ejus Revelato*, h e. in Scriptis illis ſive γραφαῖς θεοπνεύστοις, quas literis conſignarunt viri a Spiritu Sancto immediate acti, *PROPHETÆ* nempe in *Veteri* & *APOSTOLI* in *Novo Teſtamento*. Hæc ſcripti Verbi regula appellatur generali Titulo: מִצְוֹת præcepta; Quia nimirum *maximam partem*, præter illa, quæ de DEO tradit, & ſcienda & credenda, *occupata eſt in præcipiendo*, quid nimirum homo tum agere tum omittere debeat. Similis Verbo DEI ſcripto titulus tribuitur Pſ. XIX. 9. & CXIX. 6. 19. 32. 35. 48. 60. 73. 86. ſeq.

Quinimo egregie ad verba: *Hoc enim est omnium hominum.* adjicit (4) Sicut priora verba *regulam*, ita hæc regulæ comprehendunt *rationem.* Ea vero est duplex; *Prior* a debito, in his verbis, *altera* ab utili, vel, si mavis, a *periculo*, *instantis nempe judicii.* v. 14. Debitum ergo continetur in his verbis: כִּי זֶה quia hoc (nempe DEum timere, Ejusque præcepta observare,) כָּל־הָאָדָם est omnium Adamigenarum; h. e. quotquot modo ab Adamo per carnalem generationem descendunt, illi omnes tum ratione *creationis*, tum *conservationis*, tum quotidianæ per totam vitam quoad victum & amictum *sustentationis*, item ratione Spiritualis per Messiam *Redemtionis* atque *Regenerationis*, obligati sunt quam maxime, se totos servitiis Hujus Immensi ac Benigni Creatoris consecrare. - - Sicut ergo 2. Paralip. XX. 17. dicitur: לֹא לָכֶם: *non vobis.* (Subintellige, *competit*, vel, non vestrum est,) *pugnare in hoc*, &c. item Mich III. 1: annon לָכֶם *vobis* (competit) *scire ipsum jus?* Ita & hoc loco, si suppleas Lamed כ יִגְהַל כל הָאָדָם quoniam hoc omnibus hominibus (*incumbit*, vel, hoc est omnium hominum;) sane sententia erit perspicua, conveniens, ac summe pia. *Alii* post Vulgatam exponunt: *Hoc enim est totus homo*; hoc est: in hoc totus homo occupari debet, sine hoc nihil est, nisi vanitas, quantuscunque etiam sit sapientia, dignitate, divitiis, &c,

§. VI.

Hac igitur ratione verbo veritatis instructus, credens & pius homo, inter *insipientes* non amplius numeratus, sed inter *intelligentes*, *cognoscit*, *quanam sit Voluntas Domini.* Ephes. V, 17. *In omni gratias agit*, 1. Thess. V, 18. Majestatem DEI reveretur, ab *Ejus Ira contremiscit.* Jerem. X, 10. & se *filium morigerum* præstat. Mal. I, 6. *depradicat* Immensa Ipsius *beneficia* & *servit Ipsi sine timore.* Luc. I. 47, admittit *purificationem* Mediorum Salutis, ut *populo Ipsi peculiari & amulo bonorum operum* adgregatus maneat. Tit. II, 14. Sciens &, quod non *corruptibilibus*, *argento & auro liberatus sit*, sed *pretioso Sanguine*, *tanquam Agni Immaculati* &

& Incontaminati Christi. 1. Petr. I, 18. ſ., reſpicit ad Redemtorem, Qui *conſummatus, factus eſt obedientibus Ipſi omnibus, Auctor Salutis æternæ.* Hebr. V, 9, & ſicuti DEus apud gentem, in qua Ipſius Religio floret, *propinquus eſt.* Eique *ſtatuta & judicia juſta communicavit.* Deutr. IV, 7. ſ. confer. Pſ. CXLV. 18. & CXLVII. 19, ita *invocant Ipſum in veritate, timent Ipſum ac Legem quidem ſanctam & præceptum ſanctum & juſtum & bonum, medullitus habent.* Rom. VII, 11. Veruntamen & ſciunt, quod *Lex Spiritualis ſit*, ipſi vero *carnales, venundati ſub peccatum.* v. 14. ſſ. Norunt & (4) *beneficia* immenſa Mediatoris, quod *ſanctificati ſint per Spiritum in obedientiam & aſperſionem Sanguinis JEſu Chriſti.* 1. Petr. I, 2. atque DEO *ſervire debeant in ſanctitate & juſtitia coram Ipſo, omnibus diebus vitæ ſuæ.* Luc. I, 75. & *abſtinere a carnalibus concupiſcentiis, quæ militant adverſus animam.* 1. Petr. II, 11, immo vel in hoc ſemet ipſos *amicos Chriſti* declarant, dum *faciunt, quæcunque Chriſtus ipſis mandavit*, conf. 1. Joann. II, 3.; An vero *OPERA ILLA*, quæ ad *commercium cum hominibus* ſimpliciter pertinent, intelligi debeant, quando de *Commercio cum DEO agitur*, & opera hominum *ibi etiam* aliquid adferant, ubi de *OPERIBUS SPIRITUS SANCTI* per Media Salutifera in nobis introductis & omnes noſtras naturales vires abſolute excludentibus, agitur, de eo prævio Codice S. omnium fortiſſime diſputamus; Nec eadem pro *SIGNO ELECTIONIS* noſtræ agnoſcere unquam poſſumus, niſi ipſos *Gentiles* alicubi ſatis pios & bonis operibus inſtructos, *documenta Electionis* habere, & fruſtra quidem, aſſerere vellemus. Potius PETRUS ex illis operibus, quæ per Gratiam Divinam fiunt, demonſtrat, quod eadem nos non *infrugiferos conſtituant in Domini noſtri Jeſu Chriſti cognitione.* Sanctorum etiam *exempla* & inprimis *EXEMPLARIS* noſtri JESU CHRISTI, in Sacro Codice propoſita, nobis, ut ad *Quintam* Rationem deſcendamus monſtrant, quod ad *Satisfactionem Redemtoris* reſpicere debeat is omnis, qui *ſalvari voluerit.* ad Philipp. II, 5. ſſ. 1. Petr. II, 21. ſſ. & quam vere *inimici crucis Chriſti, interitum ceu finem ſuum*, metuere habent. ad

Philipp. III, 17. ff., ita opera, quæ ad commercium cum hominibus pertinent, *coram Judicio Divino* nihil valent; & si quis opera illa, quæ Spiritus S. per Media salutifera in Regeneratione, Justificatione & Unione Mystica in nobis efficit, probe consideraverit, is *nihil nostri & virium nostrarum* in iis reperiet. Judicium equidem Divinum (VI.) metuere debent omnes, & quidem super *omnia ac singula opera.* vide 2. Cor. V. 10, verum exinde nil aliud sequitur, quam quod omnes homines *LEGEM* ac *EVANGELIUM*, quæ sunt *Divina Media*, revereri debuerint, & tunc quod in se reperire non poterant, ex *vulneribus JEsu CHristi* quærere debuissent; Ea propter enim JEsus Ipse decisionem attulit: *qui non credit, jam judicatus est, quia non credidit in Nomen Unigeniti Filii DEI.* Joann. III, 18. Quoad hæc singula (VII.) Quæstio illa: An *REGENITUS strictius* obligetur *ad servanda, Præcepta DEI* quam irregenitus? Responsionem HUTTERI lubentissime admittet, verum, quod Beatus iste Theologus de *servandis* aut *servatis DEI Præceptis* non consenserit DN. HAFERUNGIO, id omnia illius scripta abunde probaverunt.

§. VII.

Dum nunc ad
QVÆSTIONEM SECUNDAM oculos convertimus: Ob man aus natürlichen Kräfften die Gebote GOttes halten könne? Et sine molestia

Tunc (I.) consentimus cum DN. HAFERUNGIO, daß die Gebote GOttes einen in allen Stücken vollkommenen Gehorsam von uns fordern, dergestalt, daß man in allen Theilen und Umständen der Gebote, zu allen Zeiten und Stunden, und mit allen Kräfften, innerlichen und äusserlichen, vollbringe, was die Gebot uns vorschreiben. Jacob. II, 10. Ezech. XXXIII. 12. Matth. XXII, 37. Luc. X, 27.; Daß auch alles, was entweder mit Gedancken, oder mit Wercken in diesem Gehorsam unterlassen wird, hindere, daß man sagen könne: Die Gebote werden vollkömmlich gehalten. Nec dissidemus (II.) in eo, daß Adam und Eva im Stande

Stande der Unschuld solches vollkömmlich thun können tenore locorum Ephes. IV, 24. Coloss. III. 10. & Cohel. VII, 30. Denn weil die ersten Menschen in ihrem Verstande ein vollständiges Erkenntniß und Weißheit, in ihren Willen eine sattsame Heiligkeit und Gerechtigkeit, und in ihren Begierden eine völlige Reinigkeit, Keuschheit, und Auffrichtigkeit gehabt, so musten sie ja auch im Wercke und Wandel selber die Gebote vollkömmlich halten können. Quando tamen addit: Und das geschahe aus natürlichen Kräfften, wie die Natur nach der damahligen Unschuld, und wie sie aus den Händen des Schöpffers gekomen war, betrachtet werden muß. Tunc omnino monere adigimur, DN. D. HAFERUNGIUM, eo quod deliquium patitur adversus τρόπον παιδαίας, & quod magis observandum, Naturam hominis cum Imagine Divina confundit; Theologi etenim Nostri adversus *Pontificios* ac *Syncretistas* solide quidem docuerunt, quod *IMAGO Divina* sit *NATURALIS*, sed & solicite simul distinxerunt, evincentes, quod Imago Divina non fuerit *NATURALE constitutivum aut consecutivum* hominis, sed demum *subjectivum*, *perfectivum* & *transitivum*, eoque ipso *cautius* declararunt, quod inter *HOMINEM* & *IMAGINEM DIVINAM* directissima sit oppositio, indeque Imago Divina *non sit exorta ex NATURA* hominis *in* se spectata, ejusdemve *essentialibus constitutivis & consecutivis*, sed quod hoc respectu sit *donum SUPERNATURALE*, à Benignissimo DEO concreatum, ut *NATURAM* hominis *subjective* inhabitet, eandem *perficiat*, & si omnia mansissent integra, *propagaretur*. Paucis, omnium clarissime demonstrant, quod Almus Creator ad *Commercium cum DEO* sustinendum hominem instruxerit per *Imaginem Divinam*; ad *commercium* vero cum *HOMINIBUS* per ipsum *Jus naturæ*; Homo igitur etiam *primævus* habuit essentialia sua *constitutiva & consecutiva*; Sed & *præterea* accepit, ut cum DEO Trinuno versaretur, *Imaginem Divinam*; ut vero socialis esset, ipsum *Jus Naturæ*.

§. VIII.

Non diffitemur (III) hominem *in STATU PECCATI mortuum*

tuum esse in peccatis. Ephes. II, 1. Gen. VI, 5. VIII, 21. Ps. XIV, 3. ast quando adjecit: Diese Unvermögenheit zum Guten und Zuneigung zum Bösen ist (a) den Heyden aus dem Lichte der Natur zur Gnüge bekant, & id ipsum ex HORATIO munire voluit, tnnc iterum non satis accurate docet; Quæ siquidem causa fuit, ut scriberet PAULUS: *Concupiscentiam peccatum esse non noveram, nisi lex dixisset: non concupisces.* Rom. VII, 7. Exod. XX, 14. Deutr. V, 18. Egregiam operam præstitit DN. Doct. SVANINGIUS, dum exhibuit SENECÆ *Theologiam naturalem, contemplativam*, ibi & videri poterunt saniora omnia. *Loco VI. de peccato*; monstrat siquidem, quod *SENECA* peccati causam non voluerit DEUM, sed carnis potius *corruptionem* & *mundi seductionem*, monstrat & *subjectum* & *effecta* peccati, quæ cognoverit Lex: Verum quam clara etiam hæc & alia plura sint Gentilium testimonia, ac quod concupiscentiam actualem deprehenderint, immo doluerint, manifestius monstrent; de *concupiscentia* tamen *Originali* non tantum *nil solidi*, sed & *omnino nihil* noverunt; ut ea ergo sincerius DN. D. J. GUNTHERUS exhiberet, hinc In der Erklärung der Epistel Pauli an die Römer pag. 868. ita commentatus est: Es redet der Apostel in solchen Worten von der angebohrnen bösen Erb-Lust, und deroselben ersten Früchten, oder denjenigen Reitzungen, darein man noch nicht williget, sondern vielmehr dawider streitet. Denn, was die würcklichen böse Lüste betrifft, die man im Hertzen heget, darin man williget, und darüber man sich ergetzet, konte er wohl aus dem Licht der Natur urtheilen, daß sie unrecht und sündlich wären, weil solches auch die vernünfftigen Heyden *Seneca*, *Porphyrius*, *Cicero*, *Plato*, *Ovidius* und *Gellius* erkannt, selbiges auch der Apostel Paulus sehr wohl gewust hat. Wenn er demnach diese Worte vom Geiste GOttes getrieben, hervorgebracht, so redet er von derjenigen Lust, um deren Willen er fleischlich war v. 14, welche dem Gesetz in seinem Gemüthe widerstritte v. 23, welche ihm von Natur angehangen v. 21. Das ist mit einen Worte von der bösen Erb-Lust, von der bösen Zuneigung, die in unserer Natur stecket.

Von

Von derselben sagt er, ich wuste nichts von der Lust, wenn das Gesetz nicht hätte gesagt; Laß dich nicht gelüsten! Denn unsere Vernunfft kan sich nicht einbilden, daß die natürliche Verderbnis, und die böse Zuneigung, deren wir uns nicht erwehren können, eine so schwere Sünde seyn solte, welche uns zur Verdamnis könne zugerechnet werden. Allein das Gesetz sagt uns solches, wenn es uns in dem neundten und zehenden Gebot zurufft: Du solt nicht begehren! Da es dann nicht allein in dem neunten Gebot durch die Worte לא תחמד die würckliche Lust verbietet, sondern auch in dem zehenden Gebot לא תתאוה die böse Zuneigung. Deswegen der heilige *Jacobus*, wenn er auf den Inhalt solcher beyden Gebote zu reden kommet, uns nicht allein die empfangende und gebährende Lust, (das ist, die würckliche Lust) sondern auch die versuchende und reitzende Lust (das ist, die böse Erb-Lust) verbietet, C. I. 14. 15. Quod hac ratione (b) *fructus* peccati Originalis cognoverint, (c) *mala exempla* vitanda voluerint, & (d) *honestam vitam* aliquoties egerint, id præsuppositum habemus.

§ IX.

Non minori comprobatione

(IV) ex *S. SCRIPTURA* confirmati sumus, quod *non vivat homo, aut sit, qui non peccet.* 1. Reg VIII, 46. quod & eadem illa Scriptura *concluserit omnia sub peccatum.* Gal. III. 22, & nos duxerit ad *fontem peccati Originalis.* Jac 1, 14. f. Porro

(V) ad *experientiam* cum LUTHERO ultro provocamus & DN. HAFERUNGIO concedimus, das in dergleichen Affecten es unmüglich sey, sich also zu halten, daß man nicht irren oder sündigen solte, wie einem die Vernunfft selber zu sagen vermöge. Immo

(VI) nec in hoc difficiles sumus, quod de *Irregenito* dici non possit, er halte GOttes Gebote, ut tamen de BILEAMO, CYRO, NEBUKADNEZARE ac aliis, si ad dictionem promiscuam respicere vellemus, vel talia adferri possent, quod Mandata DEI servaverint, quamvis de cœtero infidelitatis & incre-

incredulitatis Istorum persuasi largiter simus, in eoque omni nec *AUGUSTANÆ CONFESSIONI*, nec *AUGUSTINO* contradicamus. Tandem &

(VIII) Illam Propositionem: Ein Unwiedergebohrner kan die Gebote GOttes nicht wahrhafftig halten, noch recht gute Wercke thun. Impugnare non volumus, rationes etenim sunt firmæ: Es fehlet ihm an den Glauben an Christum und an den geistlichen Kräfften. aſt quando adjicitur, es fehlet ihn an der wahren Erkenntniß des Göttlichen Willens, welches nebst andern zum wahrhafftigen Halten der Gebote GOttes erfodert wird. Tunc, qui vindicavimus jamdum istis in Ecclesia degentibus & baptizatis atque sic quidem *frustra* & falsè dictis *irregenitis*, veram notitiam, ita mox omnibus constabit, quam vacillet istud *fundamentum* perhibitæ talis veræ notitiæ & quomodo superstructum illud *servare*, sensu puta *Hoferungiano*, præceptorum DEI *æque infirmiter* collocatum sit, ut nihilominus in saniori sensu concludere adhuc liceat; Denn was nicht aus dem Glauben gehet, das ist Sünde. Rom. XIV, 23. Ists aber Sünde, so ists nicht wahrhafftig ein Halten des Göttlichen Gebotes. Bene siquidem commentatus est *D. Pfeifferus.* in den Kern und Safft der Bibel. 1720. Paulus redet hie nicht in gemein von allen und jeden Dingen, die nur zu erdencken seyn, zum Exempel von natürlichen Dingen. Es folgt nicht: Schlaffen, Essen, Trincken und dergleichen gehet nicht aus den Glauben, E. ists Sünde? Sondern er redet von dem, was einer vornimmt, als ein Christ, und in specie zwar von Mittel-Dingen, die an und für sich nicht geboten noch verboten seyn, darüber aber dennoch man sich ein Gewissen machen kan, als über gewisse Speise und Tranck. Weiter aber, was heist denn hie der Glaube, oder aus dem Glauben gehen? Andere vielfältige Meinungen und Glossen um geliebter Kürtze willen nicht anzuführen, so stehen viele der Unsrigen in den Gedancken, als rede Paulus hier *de fide conscientiæ*, das ist von der Versicherung des Gewissens, und sey dis ihre Meinung: Welches Werck nicht geschicht aus gewisser Versicherung des

Gewis-

Gewissens, das ist Sünde: Das hat nun zwar sonst seine Richtigkeit, allein, warum nimmt man nicht lieber den Glauben in seinem eigentlichen Verstande, oder versiehet den wahren seligmachenden Glauben selbst? Derselbe præsupponiret ja eine in GOttes Wort gegründete Wissenschafft, und bringet mit sich eine πληροφορίαν oder Versicherung des Gewissens, also daß einer in seiner Meinung gewiß ist. Rom. XIV, 5, und kommts doch also auff den seligmachenden Glauben endlich an. Und das Paulus von demselben rede, kan kurtz und gut mit folgendem Schluß dargethan werden: Welcher Glaube macht, daß sowol die Person, als das Werck eines Christen, obs gleich nur freye Mittel-Dinge betrifft, keine Sünde, sondern als recht und wohlgethan, GOtt gefalle, das ist der wahre seligmachende Glaube, denn ohne dem ists ja unmöglich GOtt zu gefallen, Hebr. XI, 6. Nun aber macht der Glaube, davon Paulus hie redet, daß sowol die Person, als das Werck eines Christen, keine Sünde sey, sondern als recht und wohlgethan, GOtt gefalle. Ergo ist der Glaube, davon Paulus hie redet, der wahre seligmachende Glaube.

§. X.

Ducit nos *methodus Haferungiana* ad *QUÆSTIONEM TERTIAM*: Ob ein Wiedergebohrner in Krafft des Heiligen Geistes die Gebote GOttes halten könne? & respondet:

(I.) So redet die heilige Schrifft ausdrücklich, wann sie von Wiedergebohrnen handelt, daß sie die Gebote GOttes halten, auf seinen Wegen wandeln, von gantzen Hertzen Ihn suchen. &c. Addit itidem aggregata plurima *BIBLIORUM DICTA*, quorum occasione nunc explicandum nobis est: Quid non modo *Quæstio Haferungiana*, sed & *Responsio Ejus* in recessu habeat? Ea propter itaque, ut ordine omnia fiant, peto, ut considerentur *Verba* & *Dictiones*, ac insimul examen ineatur, num ea probent, quæ probare præsumuntur? Primum itaque verbum est:

שָׁמַר Ita Geneſ. XXVI, 5. ad ISAACUM venit promiſſio multiplicandi ſeminis, propterea, quod *obedivit ABRAHAMUS Voci* DEI *OBSERVAVITQUE OBSERVANDA Ejus, Præcepta Ejus, Statuta Ejus, & Legem Ejus.* Statim ergo quærere nos oportet, quomodo hæc intelligenda ſint? An reſpiciat textus ad hæc ſingula, tanquam ad *ABSOLUTUM & COMPLETUM OPUS*? An vero eadem ſint & fuerint *MEDIUM QVODDAM*, quo quidem ipſo muniverit ſe ABRAHAMUS, in quo *cuſtodiendo* gloriam ſuam poſuerit, & quo quidem in commercio cum DEO, ad *fidem ſalvificam*, in commercio vero cum, hominibus ad *fructus Fidei* divulgandos excitatus, & in iis confirmatus ſit? Nobis omnino *poſterior ſententia* prævalere hic videtur. Et quod textus non loquatur de *bonis operibus*, ſtrictius acceptis, & de *ſervatione* mandatorum DEI, quam DN. HAFERUNGIUS intendit, id quidem in ſolis eſt diſco. More ſuo h. e. ceu Exegeta ſolidiſſimus, hic egregie commentatur PFEIFFERUS. l. c. pag 368. ſ. Dieſe Wörter alle lauffen nun zwar mehrentheils auf einerley hinaus: Dennoch aber iſt dieſe Art zu reden nicht für eine Tautologie zu halten, als ob einerley Sache mit Worten von gantz gleicher Bedeutung vorgeſtellet ſey. Sondern es iſt gleichwoll unter allen ſolchen Worten eine differentia moralis, und mercklicher Unterſcheid ihrer Bedeutung: מִשְׁמַרְתִּי Meine Rechte, eigentlich meine Obſervance, heiſſet insgemein alles dasjenige, was GOtt dem Abraham zu thun aufferleget hatte. Wie aber dieſes in unterſchiedene Claſſen abzutheilen war, alſo gehet GOtt auch in dieſer Rede per ſpecies, und benennet einige Arten ſolcher Verordnung und Befehles: מִצְוֹתַי Meine Gebote, damit deutet er inſonderheit auff dergleichen Befehle, welche er dem Abraham *ſemel pro ſemper*, einmahl für allemahl mitgetheilet, und ihn geboten hatte, zum Exempel, daß er aus ſeinem Vaterlande, und aus ſeiner Freundſchafft ziehen muſte, Geneſ. XII. Daß er ſeinen Sohn Iſaac auf dem Berge Morija opffern, Gen. XXII. Daß er ſeinen Sohn Iſmael, welchen er mit Hagar gezeuget hatte, ausſtoſſen ſolte, Gen. XXI. חֻקֹּתַי Meine Weiſe, das iſt, Statuta und

Ceremo-

Ceremonien, welche sowol Abraham, als seine Nachkommen immerdar beybehalten und in acht nehmen solten; Zum Exempel: den Bund der Beschneidung Cap. XVII. Die Gesetze vom Opffer und Gottesdienst. תּוֹרֹתַי Meine Gesetze, damit deutet Er auf das *Moral*- oder Tugend-Gesetze, welches zwar dem Abraham sowol, als allen Menschen, in das Hertze geschrieben war, Rom. I. und II. Dennoch aber wurde er dazu vielfältig von GOtt in unterschiedenen Erscheinungen auffgemuntert, als wenn ihn GOTT Genes. XVII, 1. also anredete: „Ich bin dein Schild und dein sehr grosser Lohn, wandel für mir, und sey fromm„. Wenn nun GOtt also in dem Gespräche mit Isaac solchen Anhang hinzufüget, so will Er gleichsam zu demselben sagen: Siehe, dein Vater hat für Mir in allen meinen Geboten untadelich gewandelt, und treulich gethan, was in meinem Hertzen gewesen; thue du nun auch also, wie er, und erfülle meinen Willen, halte mein heiliges Sitten-Gesetze, nimm die verordneten Ceremonien und meinen Dienst genau in Acht, und gehorsame dem, was Ich dir insonderheit und für deine eigene Person an dich begehre; so will Ich mit dir seyn, wie Ich mit deinem Vater gewesen bin, und will dich des Segens, den Ich dir und deinen Vater verheissen, in Zeit und Ewigkeit seliglich geniessen lassen. Und diese tröstliche Zusage war gleichsam das fürtreffliche malagma oder anadgnan, das heilende und Schmertz-stillende Pflaster, welches GOtt dem Isaac bey der hereinbrechenden bedrängten und theuren Zeit darreichen wolte. vid. Hauß- und Ehe-Schule *Conc. VII. P. III. p. 234. ff.* Quis inde igitur concluderet, quod DEus hîc intenderit servationem præceptorum suorum, in quantum secundum *Normam Legis moralis* & in statu sanctificationis non quidem ad impletionem, sed ad *sacram potius custodiam* obtinet, ubi generatim *de omni Cultu Divino* egit & ivit divina intentio.

§. XI.

Eadem quoad hocce verbum שָׁמַר præsto sunt in Dictis reliquis, ubi reperitur; Ita quidem Deut. VII. *custodire* promittit DEus fœdus & misericordiam diligentibus ipsum & *custodien-*

ſtodientibus præcepta Ipſius. ubi LUTHERUS egregium hoc reliquit *epiphomena*: Er wird Ihr noch mehr erzehlen, die gleichen Schaden mit den vorigen anrichten, als da iſt unſere eigene Gerechtigkeit, welche auch von dem erſten Gebot uns abzeucht. *T. IV. Alt. p. 762.* Et quando Deut. VIII. 1. de *omni præcepto cuſtodiendo* agit, junior quisque vel manibus palpabit, quod de *omni Cultu*, & non de ſtricte dictis operibus ſanctificationis noſtræ, ibidem ſit ſermo. conf. v. 2. & 6. *Ire* namque *in viis Ejus & timere ipſum*, ad *commercium cum DEO* præcipue pertinet, quando igitur ibi & coram DEO, qui merito Chriſti conciliatus, omnia ſunt conſolidata, & *vires credendi* nobis collatæ, tunc feliciter tranſimus ad *commercium cum hominibus*, non quidem, ut *impleamus* penitus Legem, ſed ut eidem, quantum in hac fragilitate fieri poteſt, *exactius conformemur*; quod & ad loca Deut. XV, 5. XIX, 9. Joſ. XXII, 3. 2. Reg. XIIX, 6. Nehem. I, 5. Pſ. CXIX. 33. ſ. 60. 101. Cohel. XII, 13. Dan. IX, 4. Mal. III, 14. cuivis ἀκριβῶς judicanti, abeunde diſpaleſcet, ut LUTHERI judicium omnia commode abſolvat: Mögte nun, inquit, einer ſagen, ſoll man denn nicht die zehen Gebot halten? Wenn man ſie aber hält, iſt man denn nicht fromm und gerecht? Darauff antworte ich, daß wir die zehen Gebot halten wollen, doch mit Unterſcheid und Evangeliſcher Diſpenſation, weil wir allein des Geiſtes Erſtlinge empfangen haben, und das Seufftzen des Geiſtes in unſerm Hertzen bleibet; *Item*, weil auch noch unſer Fleiſch mit allen böſen Begierden und ſündlichen Zuneigung (welches iſt der gantze Baum ſammt den Früchten) in uns bleibet, als können aus dieſen Urſachen, die zehen Gebot von uns nicht vollkömmlich vollbracht und gehalten werden. Denn wenn wir die zehen Gebot gantz erfüllen und halten könnten, was dürfften wir der Gerechtigkeit, welches David hie durch das Wort (gnädig) begehret und bittet, das iſt, was wäre es vonnöthen, zu bitten, daß Er unſere Miſſethat nicht ſoll zurechnen? - - Gleich auf dieſe Weiſe ſind wir auch dem Geſetz GOttes durch Hülff des Heiligen Geiſtes unterthänig und Gehorſamthum und leben darnach, doch bleibet gleichwol das

Wort

Wort bestehen, GOtt sey gnädig, das ist, wir sind und bleiben Sünder, sollen wir aber fromm und gerecht werden, so geschichts allein durch dis Mittel, daß uns unsere Sünde aus lauter Gnaden, durch das Verdienst unsers HErrn JEsu Christi vergeben werden; Darum ist unser gantzes Leben bis in Todt hinein, nicht anders, denn lauter Barmhertzigkeit GOttes gegen uns. Doch halten gleichwol die Christen die zehen Gebot, wiewol unvollkömmlich, um der Sünde willen, die in uns wohnet.

§. XII.

Altera radix est verbum
שָׁמַע *AUDIVIT, Obedivit*, sicut emphasi quadam Gen. XVI, 5. de ABRAHAMO dicitur, quod *OBEDIVERIT in vocem* DEI; vel ut alii transferunt *voci* DEI. Qualis & lectio habetur Deut. XV, 5. Verum, ubi denuo hic de *bonis Operibus* in statu sanctificationis requisitis, vel punctulum legitur? Certe quod ibi de *omni CULTU Divino* tam in commercio cum DEO, quam in commercio cum hominibus agatur, res tota loquitur. Et heroica sunt verba LUTHERI, quæ *Tom. IX. Alteub. p.* 774. *a.* leguntur: Wir sollen das Wort lernen und dasselbe lieb haben, darinnen gelehret wird, daß man an den verheissenen Saamen gläuben soll. Darnach aber soll man auch das Fleisch zähmen und zwingen, welches dem Gesetz im Gemühte widerstreitet, und uns gefangen nimmt: Und wenn wir etwa überwunden sind, soll sich bald der Glaube wiederumb auffrichten und stärcken, damit das Fleisch den Geist nicht gar unterdrücke, wo wir aber je so bald nicht können zur Vollkommenheit kommen, daß wir gar keine Sünde, Todt und Hölle fühlen, oder empfinden, und daß wir keine vollkommene Dialectici und Rhetorici werden können, so lasset uns unterdes A. b. c. Schüler oder aber Donatisten seyn, bis daß wir zu der Dialectica und Rhetorica kommen mögen, denn dis ist ein Leben der Erstlinge und nicht des Zehenden. Darum klaget es S. Paulus selbst auch, wie zuvor gesaget ist: Ich finde in meinen Gliedern ein ander Gesetz, das da widerstreitet dem

Gesetz in meinem Gemüthe, und mich gefangen nimmt. Das Gute wolte ich wol gerne thun, wolt wol gern ein solcher Mensch seyn, der da nicht zweiffelt, sich nicht bekümmert irgends einer Noth oder Trübsal halben. Dasjenige, so wir gläuben sollen, ist zwar an ihm selber gewiß, und die Schrifft ist wahr, aber das Fleisch liegt uns ja im Wege, verhindert uns allenthalben; Was soll ich aber thun? Wenn ichs in meinem Hertzen so starck nicht gläuben und ergreiffen kan, so zürne ich mit dem Fleisch, und sage mit St. Paulo: Wer wird mich erlösen von dem Leibe dieses Todes? Denn dieser Leib und Fleisch machet den Tod bitter und schrecklich, Das Leben aber, so in Sünden und vielen Dornen gantz bitter ist, wird durch den Glauben süß, und damit gehet die heilige Schrifft allenthalben umb, daß sie uns lehret, wie wir den Saamen GOttes und uns selbst erkennen sollen, das ist, daß wir erkennen den alten und angebohrnen Fluch von Adam und den angefangenen Segen durch Christum.

§. XIII.

Succedit verbum

חלה Et ibi quidem certum id est, quod JEHOVÆ incitamentum ad ABRAHAMUM. Genes. XVII, 1. fonuerit: *Ego DEus Schadai AMBULA coram Me, & esto integer!* Et quod MOSES de populo suo id egerit, ut *IRENT in viis Ejus & timerent Ipsum.* Deutr. VIII, 16. Quin DEUS Ipse eadem jussit. Deutr, XIX, 19, quæ quidem in *JEHOSCHAPHATO* 2. Paralipp. XVII, 4. laudantur, qui *DEum Patris sui quæsivit & in præceptis Ejus AMBULAVIT.* Immo DEus Ipse hæc promissa dedit Novo Testamento: *Spiritum Meum dabo in medio vestri, faciamque, ut in Statutis meis AMBULETIS, ac judicia mea custodiatis ac faciatis.* Ezech. XXXVI, 27. Quin & tandem DEus Zelotes increpavit malos istos, qui dixerunt: *Vanitas est servire DEO, & quid lucri, si custodiamus custodiam Ejus? Et si AMBULEMUS atrati coram Jehova Zebaoth?* Verum nec in iisdem de Lege Morali & de Operibus *Legis exclusive* agitur. Id

quod

quod LUTHERUS egregie demonstravit in HENOCHO, *Tomo IX. Altenb. p.* 165. *b.* scribens: So hat nun Henoch für GOtt gewandelt, das ist, er ist in diesem Leben ein getreuer Zeuge gewest, daß nach diesem Leben die Menschen in einem ewigtn Leben sollen, umb des verheissenen Saamens willen. Denn das Leben für GOtt ist nicht das natürliche Leben, welches der Verweßlichkeit unterworffen ist. Und wie nun Henoch solches beständig geprediget hat, so erfüllet GOTT auch, und macht an ihm wahr diese Predigt, daß wir gläuben und gewiß davor halten sollen, daß *HENOCH* ein Mensch uns gleich, und aus Fleisch und Blut gebohren, wie wir aus dem fleischlichen Adams-Leibe, zu GOtt genommen sey, und nun lebe ein Göttlich, das ist ein ewiges Leben. Et *Tomo V. p.* 862. *a.* Hie haben unsere Sophisten viel geträumet von der Vollkommenheit, = = Wie geschicht aber das, daß sie vollkommen seyn? Antwort kürtzlich: Also können wir nicht vollkommen seyn, noch werden, daß wir keine Sünde haben, wie sie von der Vollkommenheit träumen; sondern das heist vollkommen seyn, hie und allenthalben in der Schrifft, daß erstlich die Lehre gantz rechtschaffen und vollkommen sey, und darnach das Leben sich auch darnach richte und gehe, = = So heisse ich ein rechter vollkommner Mensch, wenn ich die Lehre fein rund habe und halte. Ob aber das Leben nicht hernach so starck im Schwang gehet, wie es denn nicht gehen kan, weil Fleisch und Blut ohn Unterlaß hindert, das schadet der Vollkommenheit nichts, allein daß man darnach strebe, und darinn gehe und täglich fortfahre, also, daß der Geist über das Fleisch Meister sey, und dasselbe im Zaum halte, unter sich zwinge, und zurück ziehe, daß es nicht Raum kriege wider diese Lehre zu thun.

§. XIV.

Sed & dicendum aliquid est de Radice עָשָׂה *FECIT*, inde siquidem opinantur, obtinuisse multum Operārii nostri; cum etenim Deutr. VIII. 1. Moses inculcaverit sequentia: *Omne Præceptum custodietis FACERE, ut vivatis.* Ergo hinc

hinc non modo custodiam Præceptorum DEI inculcari persuadentur, ceu *MEDIUM* aliquod, quo excitatur & perficitur morigerus quisque, sed veluti summe expressum *FINEM*; talem puta custodiam requiri, quæ nos perficiat ad *absolutum & consummatum facere*; confer Deutr. XV, 5. XIX, 9. Neh. IX. 29. Verum nec in eo obtinuerunt, quod quæsiverunt, quis etenim unquam disputavit, quod & *facienda* sint præcepta? Et quem fugit, quod sola nobis sit disceptatio adversus eos, qui Legem *perfecte*, *complete* ac *consummate* fieri posse, venditare non sunt verecundati. Quam bene scripsit LUTHERUS. [*Tomo Altenb. III. p. 230. a.* Das ist der Natur Unarth, daß sie alle gut Leben und Werck, die sonst GOtt angenehme und gefällig wären, mit solchen Unflath beschmeisset, und darüber CHRISTUM und das ewige Leben verleuret. = = Siehe, wo bleibt dieweil CHRISTUS mit seinem Thun und Verdienst? So höre ich wol, es muß nichts gelten, sondern als sey es alles unnütz, das Er darauff gewandt, das ewige Leben zu erwerben, und uns zu schencken, müsse Er Ihm solches erst auffs neu durch unser Werck abdienen lassen. Darumb sind solche Legenden und Exempel der Väter eitel Scheer-Messer, ja die schändlichste Gifft auf Erden, wider den Glauben, und Christus Erkenntnis, weil sonst jedermann von Natur mit dem Unflath behafftet ist, welche nicht lassen kan, sie muß sich daran hängen. Noch ist alle Welt darauff gefallen, und auffs höchst darnach gearbeitet, daß auch viel Leute zu verzweiffeln gedrungen sind, die solchs nicht gethan hätten, oder thun könnten. Daher siehest du, wie noth es sey, JEsum Christum erkennen, und diesen Spruch Johannis 17. v. 3. wol zu treiben und zu bläuen, als das rechte Haupt-Stück und Grund unser Lehre, wie man Christen werde, und das ewige Leben recht treffe, und nicht fehle: Denn es ist (sag ich noch) ein hoher seltzsamer Verstand, und trefflich schwer, solch Erkenntnis rein zu halten, und sich gäntzlich darauff zu gründen und erwegen. Wir habens, GOtt Lob, im Wort und Lehre, aber noch wenig und schwach im Hertzen, die andern Papisten und Schwärmer haben leider auch

das

das Wort und den Verstand verlohren, und dieweil das Hertzleid, mit eigen Gedancken sich und andere davon zu führen. Also hast du diesen reichen güldenen Spruch, wie er den Artickel von JEsu Christo, wahrhafftigen Sohn GOttes gründet, dazu die Frucht und Nutz desselben lehret und anzeigt, daß man wisse, was wir in ihm haben, und durch Ihn GOtt recht antreffen, und zu Ihm kommen lernen, frölich und mit aller Zuversicht auf Ihn zu vertrauen, welches kein andere Lehre auf Erden je gelehret hat.

§. XV.

